

6. Sterilis, & infucunda; quippe sterilis fecunditas, penitentia tarditas.
 7. Sterilis, & infucunda; quoniam fructus penitus steriles, qui humanae felicitatis.
 8. Sterilis, & sterilis: igitur etiam habens ad fecunditatem semen, genuit sterilitatem.
 9. Sterilis & sterilis: siquidem fructus nec sibi, nec alijs.

10. Non erat mater, quia non erat ei natus: Singularis prerogativa, sine pignore proliis, quod resplendet nitor maternitatis.
 11. Non erat mater, quia non erat ei filius: Micat in Virgine miraculum maternitatis singularis non filiorum.
 12. Virgo non erat, nec erat mater, quippe futura, quae mater & virgo.

DIDASCALIA PRIMA

Ambitio ad dignitatem nisi per indigna non ducit.

Senec.

7. Ita Stoicus Praef. in lib. Natur. quae. igitur quos oderunt, prociectè blandiuntur, exosa plaudunt, proterenda extollunt, ac ferventis inserviunt: Quorum cause (carpit Tacitus lib. 1. Annal. cap. 33.) acriores, quia inique. Parum pro merito dixi: Ancillantur, quin excuset inuitus, ut dominentur: quandoquidem prociectè indolis inimici, quia familiarior amicitia superbia, in se reversi dubitare solent, An ista facere propter ista debuissent? Multa videri volumus velle, sed nolumus. Saepe aliud volumus, & aliud optamus. Quapropter crebrò ineptias festive effecerimus, dum in cachinis plena viscera solvimus.

Rides? maiore cachino Cancuntur. Flet, si lacrymas conspexit amici.

Iuvenal.

Ambitio- nis cau- las.

Nec dolet. Igniculum bruma si tempore poscas, Accipit endromidem si dixeris Aesuo sudat. Ait iurè Iuvenalis Satyr. 3. v. 100. O alba praecordia, ac voluntaria mancia! Usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem; & quaritis mendaciam in auctoramine honorum? Amaritudinis ambitus compotes, infami servitute maiestatem ementes, deridiculi cunctis, inter spem & metum utqueque lubricantes, gladium in iugulum nullà non operà ambientes, discruciamini inhonorati ante ipsos honores.

3. Audite Senecam: Offendam (in sic Epist. 94.) ex constitutione vulgi beatos, in isto invidioso fastigio suo trementes & attortos (extulit ambitio, qua saepe laborat vertiginum morbo, debillissimo cerebro) longaeque illam opinionem de se habentes, quam ab alijs habetur: nam quae alijs videntur excelsa, illis praerupta sunt: Itaque examinantur, & trepidant, quoties despecte- runt in illud magnitudinis suae praecipit. Cogitant enim varios casus, & in sublimi maxime lubricos: tunc appetita formidant, & qua illos graves alijs reddit, gravior ipsi

Senec.

felicitas incumbit. Utinam doctrina falsa! Sed comprobata experientia.

3. Quis unquam, cum esset in paradiso, felicior Adamo? Solus erat, & solus felix, ne videns parem quereretur de avara fortuna, ubi prodiga fuit beneficentia. Nulla conditio in terra fastiosior, neque status gloriosior: ceterum larvâ amplioris honoris, illic evanuit conditio felicitatis. Omniscientia & divinitatis similitudinem appetijt: ait hic Alapide. Fastigio attonitus est. Longè aliam opinionem de se habuit, quam ab alijs habetur. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Scientiam habebat & Habebat: aliter postulare à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Si ergo omniscientia & divinitatis similitudinem habet, quid sitivit? Turpe sane, in auctorem, & benefactorem insurgere: indignum, imò lubricum deserere: verum cum ambitio haud ducat ad dignitatem nisi per indigna; illi fuerunt praerupta, quae iudicavit excelsa: igitur vera felicitas subitò evanuit, ubi ampliorem ambitione sitivit.

4. Non veniat mihi pes superbiae, dicebat, qui ut respiceret à vana cogitatione, coram habuit ferale spectaculum, cadavera nempè septuaginta millia virorum. 2. Reg. 24. 15. Pes, & non pedes superbiae, quippequam ambitus monopes. Aliquid Tom. 1. Tautolog. 1. Didasc. 12. num. 15. diximus: sed modò inquirimus, quid per unicum pedem arrogantiae significet Regius Pfalter? Quantum auguror, periculum ambitionis: igitur quae ambitio apparent nitide celsa, sunt in honoris acquisitione praerupta.

5. Cogitationem exprimam celebri exemplo. Ludus insignis, & singularis pro Imperij aeternitate institutus à Nerone. Ad Suet. in eius Vita cap. 11. frequens post tempore Galba, ut idem ait in Galba cap. 6. tempore Vespasiani, Plin. lib. 8. Hist. nat. c. 3. licet antiquior appareat institutio ex Seneca Epist.

Alapide.

Amonia attoniti.

Pfalm. 35. 12.

Et moue pes.

Sueton.

Plin.

Epist.

Senec.

Elephantis funambuli.

Exercitia superbia.

Praecepti indigni ruit, unde exaltationem confertur.

Osce. 11. 4.

In caduca pro- ni, in caelestia huius procedunt, nisi funibus trahit.

Qui sint Adami funiculi.

Epist. 85. Feliciter elephantos per funes incedere, per catadromum discurrere, choreas agere, gestus effingere, & ad numeros saltare. In huiusmodi ludo, haud solum plaudebat theatrum, cum rectè tanta moles pedes moveret ad citrare sonitum, & elephantos ne- robatè insigni agilitate se iactarent desultorie; sed cum fallaci pede extra funem molem corporis poneret, & seipos ex saltu in terram praecipites darent.

6. Ecce ludus ambitionis, ac praefata expositio auctoritatis. Inlicito dicitur pro- sùs, ultrò obstringuntur homines, ut volitantes circum cogitationem, nanciantur dignitates. Ambulare rectè nesciunt, & insilire capiunt; quippe accedentibus ad ambitionis ordinem, primum praecipitum est, ambulare per funem. Vivide Hist. Es la primer regla, andar en una maroma. Per funem, ubi perpicua discimina, tametì agilitas summa, & imminens casus, quia pes in sublimi lubricus. Felicior hoc in statu, stat nonnumquam in perpetuo motu: milerè- reque fallitur, cogitans esse in quiete, dum est in fune. Fallitur utique & cader, etenim estò multa devolvat, non habet, ubi pes quieteat. Vernacule. Por mucho que llegue à adelgazar, no puede assentar el pie. Prospicit illic altiore gloria, & statim contulit familiarem philautiam, asserentem unica subfultatione assequendam dignitatem: verum cum superbia in fune, & unicum habeat pedem; illo labente fluxu, nititur acre: atque praecipit in terram subito ruit, ubi gloriam nancisci vel in saltu cogitavit. Non veniat igitur pes superbiae, qui displicet cadere: quippequam si per funem incedit, fluxu pedis, qui monopes non sufficit.

7. Apparebit amplius propoliti claritas, si auditur Osceas. Per illum quidem Deus de peccatoribus ait: In funiculis Adam traham eos. Ad gratiam felicitè, ubi fortissima vincula charitatis: & dicit proprie, atque meditantur In funiculis; quia ita proni in caduca terrena, & curvi in fluxa mundana, ut ad caelestia progredi nullo modo conentur, ni funiculis agantur. Rapem traci impelluntur ad sortem summæ felicitatis, cum procedere deberent, uti dignandi praecipites: & ita allucinantur facili voluptate vitiorem, abdicto fatuè dulcorè virtutum; ut noxia amplexentur libenter, & utilia reluctanter.

8. Quosnam ergo funiculos habuit humanae conditionis protogenes, ut nati pertrahatur eius funiculis, & maxime peccatores? Propter archigenis crimen, & colubri supplantationem, cum ambitione

filij participant ambulare per funem. In regia paradisi feliciter decorèque florebat Adamus. Suggestis ambitus gloriam maiestatis sine dependentia, qua ultra eius statum, atque conditionem constituta. Videtis Ambros. lib. 4. in Luc. Chrysol. in 1. Tim. cap. 2. v. 14. Augustin. lib. 11. de Genes. ad liter. & Angel. Doctòr 2. 2. quæst. 163. art. 2. Ambicio & superbia cum philautia funes extenderunt in laqueum Protoparentis, & funes illi minime ceciderunt in praclaris. Super funem ascendit, ut plus quiret ascendere, gaudens discrimine. Prospexit ante oculos cogitationis super se, sed circueirca, volitare dignitatem, & visum est saltè sal- tu obtinere cacumen. Incessit exultans monopes, periculo saltans. Fugit funiculus, ut saltans exrendit manus: ac cum pes propter acquisitionem tetelisset; in sumnam miseriam funambulorum praecipit coaruit.

9. Hi sunt funes peccatorum, quibus sibi blandientes, quasi in tuto ambulantes: atque alijs placeant, cum illos vel saltantes, vel praecipites ridet. Dialecto nostratum vigilantissime: Sirve de gran diversion, mirar à los pretendientes andar como volatines. In praediles usus est huiusmodi similitudine Greg. Nazianz. in Apolog. 1. & Novarin. Umbr. Virg. excuti. 61. num. 597. Vicia plerumque dignantur in terra, quippe gradibus criminum ascendunt ad fastigia. Proinde Seneca Epist. 86. inist: Cambyzes furiosus, ac furore selviter usus. Tuac gradiuntur, & saltant, quin vitæ discrimina, & felicitatis agnoscant. Fallit amentes veltigium, quo nituntur in solum. Impellit ambitio, ut expellat; atque ut corruat, blandè stimulat. Unde trahuntur in funiculis Adami, qui superbi & ambitiosi; quia funegredientes, ut acquirant honoris fastigium, miteri praecipitantur in propudium sempiternum. Hinc N. Patriarcha Regul. Sancti. cap. 4. Infr. 67. monet: Elationem fugere; quoniam non est atrolli, sed praecipitem ire: non in dignitatem elatio, sed capitis periculosa gravedo; qua factosi maxime, ut canit Claudianus, in Rufin. lib. 1. v. 22.

Tolluntur in altum, Ut lapsu graviore ruant.

Liceat de ambitione profertere, quod Epist. 6. Stoicus de amicitia: Cum qua homines moriuntur, & pro qua moriuntur. Ceterum inquires causam. Lubenter dicam.

10. Hydrophobia morbus est, in quo simul ager & siti, & aqua metu cruciatur. Ita Cornel. Cellus lib. 6. cap. 27. Huiusmodi ægritudo magis animi, quam corporis est. Aspectus fugit, quod voluptas medicamen

Ubi illa vinitatem sitit vit. funambulus corp ruit.

Dignitas tum pernicula.

Seneca

Ambitio si el- vatur, ut corruant.

S Bej nea.

Claud.

Senec

Cornel Cell.

Quis
nam
morbus
Hydro-
phobias
camen agnosceit. Ecce morsus ambionis,
quasi rabidi canis. Sicut homo prurigne per-
citus trillantem honorem; & gustabit, si bi-
berit, fitiorum hydroperem. Moritur, si scilicet
non habet: ubi habet: moritur scilicet. Quid
ergo? Quid se vertant homines nesciant;
quandoquidem moriantur cum ambitione,
& pro ambitione moriantur. O calliditas
ambitionis! Nec tecum, nec sine te!

Genes.
11. 10.

De Sara dicitur: Sterilis erat, nec
habebat liberos. Aperte exprimitur sine liberis
femina sterilis. Mirum ne sine fecunditate
meritorum, quod non obincat dignitatis
partum? Dignitas in femina oritur ex ma-
ternitate, maternitas vero ex prole: perpe-
ram igitur cadent honores matris, procul
stante causa honoris. Parva bene munera,
ubi fecundant merita: quippe dignitas ful-
get meritis, quasi liberis; & sine liberis, fec-
cunda radijs, deploratur sterilis. Sterilis est,
quae non habet liberos. Ita fulgebis digni-
tatum honos: verum puder, quod indigni
onuli fulgeant fecunditate munerum, cum
sterilitate omnimoda meritorum. Aperte
conferuntur fumo, de quo Villava in Synb.
Spiritu. 22. Quid levis, alta peto. Non aliter
gloriam accipientes cacumina. Alta pec-
tulanter petunt; & quod ostentare fatagant
ipsis dignitatibus honorem; eod preferunt
meritorum puram putam sterilitatem. Ascen-
dant: repellit honos, ac deficiunt volitan-
tes sicut fumus.

Villav.

Extollit Baptistam encomiastes
laude plena, qui retribuit unicuique secun-
dum opera sua. Erat lucerna ardens, & lu-
cens. Verum quando? Dandum dixerat. Vos
(protulit) misistis ad Ioannem, & testimo-
nium perhibuit veritati. Id est, negavit, se
dignum tanti honoris; dum provocatis in
praecipitium blandientes. Suspecta ne digni-
tas, quae ab inimicis confertur, igitur specie
tantum animus lenocinatur. Facies namque
festiva, & scorpionis ad instar pungit a cauda.
Ni dicas pro excellentia meritorum Ioan-
nis, testimonium commendabile magis ex
inimicis: igitur plus merita commendant,
dum improperant. Quid si laudant? Dotes
sanequam agnoscent, ubi velint, nolint,
vel averfantes, merita in dignitatem assu-
mant.

Toan. 5.
35.

V. 33.

Suspensa
et clara
digni-
tas, quae
ab inimi-
cis con-
fertur.

13. Perpende. Quia Ioannes hono-
rem respuit, tamquam lucerna in caligine lu-
xit? Quis nam intelliget splendoris artem?
Alij in dignitate fulgent, & Baptista fulget si-
ne dignitate? Utrique. Maior quidem omni-
bus erat, sed sine ultius diminutione maior.
Vel a puero magnus, cuius dotes ante nati-
vitate spectabiles; verum tantae dignitati

haud respondebant spectabiles dotes: & am-
plius Baptista eminet, cum dignitatem non
accipit; igitur prudentiae insignis, non ampli-
tudi cacuminis magnitudinem, quae ambien-
tis possit indicare exiguitatem. Merita &
praemia cognationem habent, ut vicissim
honorificentur; siquidem adificandum digni-
tatis fastigium ad amulsim meritorum. Non
lucet, qui plus, sed qui dignè accipit: nec
decrevit qui non crevit, modo magnitudo
dignitatis impar sit meritorum magnitudi-
ni. Ioannes magnus erat, sed non ita ma-
gnus, ut in munere praecelare munus obiret;
& tunc extollitur ut lucerna ardens & lu-
cens: quippe tunc magis splendet, ubi se
indignum splendoris iudicavit.

14. Deinde. Prodomum sui adventus, pa-
negryta constituit Ioannem amicum, cum
illi qui contulit Praetoris officium, debe-
retur, & regnum. Indigne profecto ascende-
ret, cum floreret (quoniam ipsemet indicaverat)
dignus. Appareret minor, si maior apparet-
ret; quandoquidem tolleretur in altum, ut
praecipue rueret. Unde merita ut ampliora
commendantur; dum ab ipso dignato, & di-
gnando proferuntur: quoniam per indigna
ascendere in apicem dignitatis, non virtutis
officium, sed ambitionis. Patet. Ioannes
quantumvis magnus demereretur, florenti
cui debebatur.

15. Uterius. Minime animo obtulerunt
Praetoris solum, nec conferebant imperi-
um; ut virtutem praestantiorum exaltarent;
sed ut Baptistam vanitate deprimerent. Dic-
tis gratia, subdoleque, an arrideret, dixerunt,
non ut super candelabrum lucernam pone-
rent, sed ut splendorem effulgurantis extin-
guerent. Verum quomodo extingui poterat,
si ore pleno in ampliore dignitatem
populus extollebat? Quia dignitas amplior
meritis, & merita exigua splendori dignita-
tis: igitur nequibat alicui mori in peni-
tenciam, fallaciorum laqueum, quam offerre di-
gnitatem, muneris impotentem adimplere mi-
nisterium. Lucerna Ioannes erat, ceterum
in officio opus erat Solis luce, non lucernae;
quam vento vanitatis extinguerent, si atton-
itum munere ad dignitatem attollerent:
igitur lucem, quam habuit competentem
meritis, obnubilaret splendore degeneris
dignitatis.

16. Cetero. Copia iubaris plerique fe-
stantium fugitivam auram, orbi luminibus
amiserunt gloriam. Ioannes ut luceret renuit
eminere, ubi emigrare non potest: etenim
ascendendo descenderet. Erat lucerna ardens
& lucens. In ardore designatur meritum, at-
que in luce, dignitatis fastigium. Ardet, lu-
cens

Haud
lucet in-
dignus,
qui in
dignita-
te as-
cendit.

Humili-
tas: sup-
ra in
summa
exalta-
tione.

Penin-
digna
vel dig-
ni aca-
so, est
ambitio.

Obnubi-
latur
decor
virtutis
splendo-
re vani-
tatis.

Dignitas
ultra
merita,
nulla
gloria.

etque huiusmodi specabiles lucerna, ubi
non lucet meritis excellit gloria: igitur non
lucet, & plenus luminatur, cui dignitas con-
fertur ultra meritum.

In promptu causa. Quisquis in digni-
te lucere intendit, non luceat per digni-
tatem, si verum accipiat splendorem. Ma-
gnam Ioannis munus, sed ille magnus. Chri-
sti dignitas maior, sed Ioannes in digni-
tate minor. Haud habitus ad tot munera in
gloria tanta; quoniam inaequalis dignitas,
nulla gloria. Luceret, quia in illo splendor
dignitatis rutilaret: non luceret, quia non a
se, sed a solio radijs illotunc haberet: & mi-
nime lucet qui non dignus, licet habeat mu-
nus: quoniam dignitate indignus, atque de-
cori, quilibet decorem accipit a dignitate.
Perquam multi veteri in officij sublimitate
maiores volunt, & clari ad instar suam de-
ficiant. Praeparantur ad onus caelorum hume-
ri, at Herculis fortitudine calsi. Quare cum
dotes non respondeant oneris dignitati, alicui
muneis luce, & extinguuntur splendore.
Dialecto Hisp. Sin proporcion de prendas
al esplendor del cargo, si sonados se mueren
de lucimiento.

Non de-
coratur
munere,
qui deco-
rem acci-
pit a di-
gnitate.

Lucerna
dignitatis
symbolu.

Soloriz.

Non sibi
volunt
esse, qui
non alijs.

viventes capessant utilitatem. Vivitur com-
modè cum dispendio Principis; cuius mu-
nus portenditur in claro munere lucis: igitur
inutilem proprijs utilitatibus experiri Prin-
cipem, signat lucernam non habere fulgo-
rem.

19. Aliud mihi ardidit in simbolo do-
cumentum. Allicientur papilionibus ambitio-
si luce fatui, cuius fulgido honorum, quem-
admodum oculi vibratione flammamur. Facit
memoria splendoris dignitatis, ut homi-
nes obliviscantur sui, splendore & non of-
ficio fungentes: hinc ut revocetur in pruden-
tiam mens vanitate laborans, oculis fasci-
natis exponitur meditatur lucerna fulgu-
rans: siquidem cognoscent vel qui dignè
adepti sunt dignitatem, splendorem quo lu-
cent habere finem. Finem: non finem qua-
lem qualem, sed exitum ipsa vita brevior-
rem: quandoquidem consumitur splendoris
lucerna, priusquam vice fugacis extingua-
tur brevissima flamma.

20. Causas promam & ultro. Obliti
plurimi oneris honoris in luce muneris, vel-
lent in momento temporis, expendere in
satum totius gazam splendoris. Haudqua-
quam dulces illiuscomodi blandientes, &
bracteatè vanitates; ni paulatim palpent in-
tervallo, ac lenitidine fellinatissima tem-
poris. Ad quid opus erit properato, cum in
ampliori gloria fulguris lateat condicio?
Quamdiu importune factus lucere properat,
finem lucernae fellinatissimae vanitatis accelera-
& agitatione praeproperae lucis, splendor lu-
cis evanescit ex oculis. Ideo coram electo
apud Persas Dynasta, exhibetur lucens &
ardens lucerna, ut moderamine, diu funga-
tur collata gloria: igitur super candelabrum
dignitatis, parum obtinebit splendoris,
multis quotidie, & importunis expensis.

21. Clarior ergo. Fax constat ex cera
& lumine; quibus lucet & ardet. Per ceram
arbitror, designari dignitatem: per lumen
verò dotium electi splendorem. Usuvenit
interdum foveri a ceræ copia flammam exi-
guam: id est, fulgere dignitatis fastigium ul-
tra claritatem meritorum: tunc honos pa-
ter onus, splendor angor, radij coronae, ful-
gentes sicutuli; ac gloria gloria vacua: quan-
doquidem curiosè rimantes, quid decoris
flamma dotium imprimi in dignitate, ceræ
splendorem fovente; cogitando in luce
copiam lucis rutilantis, invenimus miseros sus-
focatos ab officijs.

22. Etiam quandoque obvenit, parè
ceram fuisse adhibitam, & cumulate flam-
mam: nimirum, dotes esse superiores splen-
dore dignitatis; quam suscipiens electus non
lucet

Et cum
proprio
splendore

Splendor
dignitatis
fugax.

Fomes
evanescit
splendoris
multis ex-
pensis.

Nulli è
pia sple-
ndoris sus-
focatur
ab officijs

fufcipit, fed inflatus defpicit. Hæc qua videtur felicitas, est dignitatis pierumque calamitas: quippe cum in face nihil præter ignem adhibeatur, in momento temporis totum absumitur. Ardorem ut amplius luceat reprimere debet, quicumque meritis clarus honorem fufcipit. Vernacule floride, quoniam periodus signat flammæ conditionem, & imperandi efferentem cupiditatem. Dicimus itaque: *Par a gozar con mas esplendor, y fofiego los rayos, es neceffario reprimir ardimientos.* In qualibet huiusmodi electione micat periculum; etenim abest proportio dotium & dignitatum. Electi tunc vel fuffocantur, vel absumuntur. Prigni enim animam pondere molis efflant: postremi verò valde properè conflagrant. Vulgò: *O se abogan, o se alampnan.*

Etiã pereunt dotes in fignis in partitate splendore.

Appetunt dignitatem in ostentationem.

Et habet ex decore dedecorem.

Non per se cognoscuntur, sed per dignitatem.

23 Ultra. Coalescit fax ex cera & flamma, verum flamma tandem devorat cetam. Flamma signum dignitatis, qua assumptus in illam lucet. Vanitas luminis instat, ut plura devoret; unde & extinguitur dignitas, & ipsa sine fomite vanitas. Minime illi percipiunt propter ministeria officia, sed propter commoda. Exquirunt non dignitatem, sed à dignitate preventus, in obsequium abominabile fallus & luxus: ac cum detrimento creditæ dignitatis, cogitant supervacuas radiatorum ostentationes.

24 Rursus. Nemo dicit ambitum ad proportionem amulsim, neque spem iuxta Nemefim, audaciæ vindicem; cum nonnumquam anhelet lucerna in ampliore splendore. Elid ambitiofis fulgoris, avidè sicubundis sit percipiendum, non adæquare merita, & munera; nihilominus tamen student exaltari super candelabrum dignitatum, obscuritatem præcongnitam meritum. Dotes flamma sunt, quibus lucet fax in cacamine muneris: at cum manus sanctum exigat ampliores dotes; frigidi lumine inveniunt dedecorem, ubi fufpicabantur splendorem.

25 Insuper. In face, quod primùm obijctur oculis, non est fomes luminis, sed flamma effulgorans auctoritate splendoris. Conciliant profectò amorem cordium, mactant, atque venerationem, y merita in lumine dignitatis expriment lumen. Unde lucerna est Principis forma, in qua primùm fulget optata fama: quoniam si in flamma dotes alumendi designantur, atque in fomite lucis insula dignitatis constituuntur; munus dignosci debet per claritatem Præsidis, & minime Præfes splendore dignitatis.

26 Ergo clareat encomium Ioannis per signum lucernæ ardentis, atque lucen-

tis. Lucerat, & ardebat, quippe ni arderet, nequaquam effulgeret. In dignitate utique meritò fulget, qui zelo armarum ardet. Verum quid & ardere & lucere? Nihil nisi respectus meritum & dignitatum, ut luceat iure dignitatis fastidium. Ardere portendit electi merita: *Lucere* officiorum munia. Lucet in munere, cuius merita non antecellit dignitas: igitur ubi supra merita præstat auctoritas; sicut lucerna, cui plus fomitis infunditur, abundantia suffocatur.

Suffocantur dotes in fastidio lucernæ digne digne digne.

27 Ioannes, vox Verbi, Verbi Dei perfundedit dignitatem, cum Iudæi blandientes invitarent ad honorem: ac in munere vocis plauditor lucerna ardens, cuius flamma lucens; quoniam noluit suffocare dotes in pelago luminum superioris dignitatis. Ubi alij instrumenta præclara, commendabilia ornamenta, prædientia & sapientia insignia; ibi Ioannes gratis ambitionem interclusit, quæ quidem ad dignitatem famelicos nisi per indigna perducere non consuevit. Luxit amplius Baptista, quia noluit amplius lucere. Hoc documentum, proh dolor! ambiens honoris, videtur inane. Monita prudentioris politice averfantur; sed sectantur dignitatis lucem, simul & mortem. Nonne erigit mors, cuius causa optata lux? Parvipendunt spinther vitalitatis, si suffocentur splendide inter fulgores, ad instar Semeles. Haud distinctio incit fulgorum, & fulminum. Nequaquam his accupatoribus hæret prudentia: desipiunt pyraulæ in flamma: siquidem ubi illis videtur rutilare, dum ascendunt; inter tot fulgores, elid lucide extinguuntur.

Vanitas ambitio nisi quam fatalis.

28 Alij extinguuntur, & alij suffocantur; sed haud alia de causa, nisi quia nolunt ardere & lucere. Ardent sine flamma, & flamescunt sine ardore. In hos invehitur Mellif. Doct. Serm. de S. Ioann. Bapt. dicens: *Est enim tantum lucere, vanum: tantum ardere, parum: ardere & lucere perfectum.* Lucere ne vanitas, & ardere exiguitas? Quare? Tantum lucere, est proprietas ignis fatui: de quo Plinius lib. 2. cap. 107. Plutarch. de Rom. fortuna. Tit. Liv. lib. 25. prope fin. Euripides in Medea, quem secutas Virgilius lib. 2. Æneid. vers. 682. cecinit: *Ece levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, taenque innoxia molli Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.*

Bernardus Ignis fatuus quam luit.

Virgil.

Altipulatur Claudian. in IV. Consul. Honor. v. 193.

Subita cum luce comarum Innocens flagrant, apex.

Si plura desideraret, inveniendâ apud For-

Lucere sine luce merito, omnino fastidium.

Ambitio induitur zelo.

Bernardus

Chrysolus Baptista ubi in ortu mirabili.

Paulinus

Cur astitur speculum?

Luc. 1. 66.

Sui inde.

Paulinus

Genes. 11. 30.

Fortunium Licetum de *Lycernis Antiquorum*. Verè & appositè luc tantum in igne dicitur fatua, ac etiam in muneris gloria: equidem lucere solummodò in candelabro honoris, signum est humane ridiculæ fatuitatis.

29 Aliqui ardent, & alij dimittaxat lucent. Ardere tantum, conditio ignis inferni: lucere solummodò, est proprietas ignis fatui. An quia fatuitas vanitatis splendoris igne fastigiorum trudit ambitiosos in infernum? An quia hi qui hic splendide lucent, ibi pôst, vel modò ardent? *Erat Ioannes* (inquit Bernard. ubi supr. num. 3.) *lucerna ardens & lucens. Non ait Christus: Lucens & ardens; quia Ioannis ex fervore splendor, non fervor prodijt ex splendore. Sunt enim qui non ed lucunt, quia fervent; sed magis fervent, ut luceant: at isti planè non fervent charitatis spiritu: sed studio vanitatis.* Fervent homines, ut luceant; sed non lucent, quamvis fervant: igitur licet fortuna pro lubito ferventes elever; ambitio ad dignitatem nisi per indigna non ducet.

DIDASCALIA II. Beata sterilitas, qua unicum servatur ad partum.

1 Hæc Chryfologus de Elisabetha Baptiste matre, Serm. 91. Brevi laudem continet periodus, igitur Baptista vel nascens plauditur unicus.

Concessum est visere talem, Qualem nulla prius viderant sacra prophetæ. Dico ego, qui solus que gesta, gerendaque novi.

Inter mortales dederit quos femina partus, Quosque dabit solemnè hominum de more creatos, Nullus erit, postit qui se præferre Ioanni.

Canit Paulinus Consular. in Carm. de Bapt. v. 323. Ioannes est speculum, cui pro leammate inscribitur *Omnia*: quandoquidem quæ felices efficiunt dispersa, tenet præcursor unita. Quis putas puer iste erit? dixerunt vicini & cognati. Laus later, & responso in ipsa interrogatione. Quis iste erit? Ille plane. Omnia prænunciant, proferentes iste.

Iste quidem tantus quantus potuit dare mundo Qui nasci talem nova per miracula iussit. Dixit qui supr. v. 14. verum unde tantus, si pueri exprimitur ortus?

2 Conferenda sanè sterilitas Sarai & Elisabethæ. Illa Sterilis erat, nec habebat liberos: de Præcursoris parentibus dicitur: *Tom. II. Taut.*

Non erat eis filius, eò quod esset Elisabetha sterilis. Utraque stirpe carebat: cur igitur diversimodè Scriptura loquitur de utriusque sterilitate? Ne Elisabetha habebat filium, ut affratur negatio sexus nobilioris? Minime, cum describatur sterilis: quare ergo non dicitur de Elisabetha, *Non habebat liberos*, sicut dicitur de Sara? *Quia singularis futurus erat, de talibus nasciturus*: respondet ubi supr. Chryfologus. Non exprimitur negatio absolute prolis, quia Ioannes nasciturus erat singularis: meditante dicitur, *Non erat eis gnatus*; quoniam Ioannes in cunctis semper unicus. Ille pater magnus. Unicus Isaac, & unicus Ioseph respectu sterilitatis genitricis: verum alius sicut Isaac potuit esse, sed non alius sicut Ioseph. Nullus Ioanne maior inter tantos mulierum: hinc unicus unicum servatur ad partum.

Luc. 1. 7

Chrysol

Singularis in cunctis.

Reddit genitricem sterilem.

3 Hæc sterilitatis genitricis novitas, in qua fulget Præcursoris singularitas. Novitas inar, quia concepit sterilis: & singularitas Ioannis, quia signum sterilitatis genitricis. Canit Ecclesia: *Ex utero senectutis, & sterili Ioannes natus est, Præcursor Domini.* Verum quomodò? Quia sterilis, non erat ei filius: qua lege adhuc sterilis, si Ioannes natus? Expellit uterus infecunditatem, produens germen: & Ioanne in lucem edico, mater pristina sterilitate laborat? Utique: singularis futurus erat. Conceptus fecundant matres, sed conceptus magni reddunt steriles. Haud Ioannes singularis esset, si conceptus fecundam genitricem fecisset: quia concepit, fuit fecunda; & infecunda, quia Ioannem concepit: igitur festus tatus constituit matrem sterilem, quoniam concepit cum illo simul sterilitatem.

4 Potia est voto aviditas sanctæ femine, sicut Angelus promiserat Zacharia. In sexto conceptionis mense missus est Gabriel ad Virginem, ut nunciaret ex illa salva integritate nasciturum Salvatore: cuius portenti fidem altruit ex fecunditate cognatæ sterilis, in assensum prolis mirabilioris. *Qui de sterilibus nati, magni fuerunt, & quasdam similitudines Domini pertulerunt, de virginitate nascituri: quæ naturaliter sterilis est, & non parit: ait Rupertus lib. 1. de Gloria Filij Dei. Et Iuvenecus lib. 1. Histor. Evang. v. 100.* Sic cognata tibi, sterilis quæ creditur cunctis Zachariae coniux, mortali germine nuper Eoo defessis auxit miracula membris. Unde Angelus dixit Maria: *Ece Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi quæ vocatur sterilis.* Sterilis postquam concepit

Rupertus

Iuvenecus

Luc. 1. 66.

Quæ

Quæ vocabatur, sit profectò: sed quæ vocatur? Ambigitur. Nonne mensis textus, ex quo concepit Ioannem: Utique, sed sterilis mansit, quippequàm Ioannem concepit. *Magnum nascitur in perniciem ex ipsa magnitudine sua causa*: dixit Stoicus lib. 6. de Benef. cap. 31. Utuvenit feminis nobili factu, quod arboribus uberrimo fructu. Copia sterilefcant, fructu infructiferæ fiunt: & Elisabeth irè vocatur sterilis Ioanne facta, quia summè fecunda. Promittitur sterili factus, qui quidem etiam coram Domino magnus. Nascitur in perniciem fecunditatis, cui contingit excellentia magnitudinis, siquidem sicut nequit celsius nasci, radix fecunda nequit ultra parturire. Est maior omnibus Ioannes, & mater vel concipiendo iure vocatur sterilis.

5 *Vocatur sterilis*, & modò quæ fuerat, etiam vocatur. Idem effectus sub diversa causa. Pridem sterilis, quia infœcunda: modò sterilis, fecunditatis præstantia: igitur cum produceret Ioannem, enervavit totus ubertate radicem: *Non erit*, dicitur, *infœcunda, nec sterilis in terra tua*. Non dum in terra Israël genuerat Elisabetha: quandoquidem fecundata mansit sterilis, ex præstantiore magnitudine prolis. Tot diebus pubertatis & fœcunditatis permanfit effœta, & radix infœcunda ex ingenita sterilitate: nunc ex fructus magnitudine: & nunc vocatur sterilis, etiam cum pignore prolis; quoniam excellentia conceptus ita sterilem reddidit, quasi numquàm concepsisset. Inter homines (qui quidem arbores rationales) si ignorantur in actionibus sterilitas vel virtus, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*; quippe haud proferent in germine, nisi quod habuerint in radice. Ita cognoscenda sterilitas, & fecunditas. Ex fructibus fecunditas, sanè: sed sterilitas? Utique. Fit sterilis copia, ex ipsa magnitudine sua causa: unde radicem virtus, atque inutilitas casuarum apprime ex fructibus cognoscuntur; quoniam parvi profectò, qui sterilem fecundant matris radicem; & magna mater, quæ in partu parit cum prole sterilitatem. Pridem Elisabeth vocabatur sterilis, quia non genitrix: modò quia genitrix, sterilis etiam vocatur. Ex fructu infœcunditas radicis cognoscetur. Fructus sterilitati repugnat, fructus verò magnus non repugnat, sed conciliat: & cum magnus sit fructus huiusmodi conceptionis, cum pignore prolis meritò & nunc Elisabeth vocatur sterilis.

6 Perpendamus Evangelistæ verba, ab ipso eadem proferatur sterilitatis causa. *Elisabeth* (ait) *impletum est tempus pariendi*, & peperit filium. Ly Et ut dixi in Expos. lit. num. 61. & alibi sæpe, non semper est particula copulativa, sed causalis. Ita patet hic v. 41. ubi *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*. Id est, quoniam benedictus &c. Eadem Ioann. 4. 36. & Isai. 64. 5. ac multis alijs in locis. Haud aliter in præfenti auctoritate illud Et. Unde sensus: *Elisabeth impletum est tempus pariendi, quia peperit*, quasi ultra parere non possit, quia filium peperit. Longè aliud contigit Elisabeth, quam alijs feminis usuvenit: igitur quia concipiunt vel steriles, concipient; quia pariunt, parient: at parto à genitrice sterili Præcurfore; Elisabethæ impletum tempus pariendi? Iuxta puerum partum sanè tempus pariendi conclusum. Haud qualem qualem puerum peperit, sed peperit Ioannem; quem Guarricus Serm. 4. in *Eius Nativitat.* plaudit, vocans *Cedrum paradisi, columnam celi, gloriam generis humani, atque miraculum mundi*. Singularis næ fructus in rationalibus, qui tot insignis est dotibus: & meditanter dicitur clausum pariendi tempus, dum prodit in lucem qui conceptus est magnus; quippe si alius post Præcurforis ortum, Ioannes non esset orbis singularè miraculum.

7 Gaudet femina, dum concipit prolem, quia etiam concipere potest conceptum similem: & Elisabeth impletum est, dum pareret, tempus pariendi; quoniam nemo adhuc puero similis Ioanni. Si ultra progredi valeret mater, partu non esset sterilis, nec clauderetur tempus naturalis conceptionis: & impletur in partu pariendi tempus, ubi Baptista describitur ortus; siquidem iuxta Ioannis magnitudinem, emarcuit radix ad similes conceptionem. Sterilis est mater fecunda, si laborat fructus copia; igitur ubi non ultra, marcet concipiendi virtus, quæ inutilis prorsum ad conceptus. Unde Elisabeth pariendi tempus est omninò completum; quia eiusmodi singularè prodigium, unicum servabatur ad partum.

8 Quid si cognati proferunt cogitationis acumen, dum in circumfusione dissentient erga Præcurforis nomen? Aliqui intenderunt patris nomine insigniri, ut in gnato memoria remaneret mortuo patre: at Elisabeth insitit auctoritate genitricis, dicens: *Nequamquam, sed vocabitur Ioannes*. Ergo respondent: *Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine*. Sanè, sed interest ne causa prolata, ut de impositione nominis cadat, aut valeat sententia? Quid quod Ioannes vocetur, ut Zachariæ nomen in familia retineatur? Elisabeth iam non sterilis,

Luc. 1. 57. *Tom. II. Taut.*

Scnec.

Ex excel lentia germinis sterilis radices.

Exod. 23. 16.

Sterilitas cognoscitur fructibus.

Matth. 7. 49.

Fructus magnus conciliat sterilitatem.

Luc. 2. v. 57. *Et pro Quia.*

Luc. 2. v. 57.

Et pro Quia.

Baptista encaenia

Quarta.

Singularis orbis miraculum.

Nemo est similis.

Ver. 60 Ver. 61

Nec potest concipi.

Ubi Ioannes natus est, ubi ultra.

Isai. 54. 1. Unde sterilitas in conceptio me.

Luc. 1. 57.

lis, licet in tempore frigide senectutis: si blandimine erga patrem, eiusdem in nato volunt extendere nomen, familie insignia, dignitatum stemmata cum claritate paternarum dotium, alium Elisabeth fecunda concipit filium. Non concipiet: minimè quia nequit concipere, sed quia nequit alius concipi. Fructus magnus infœcundat radicem: & in Præcurfore patris sollicitant nomen; quoniam si alium expectant, ut gentilitium porret inclytæ domus, non erit alius. Iurè certant, qui patris nomen in familia sollicitant: igitur si Ioannem prætererunt, à desiderio proposito fraudabuntur: etenim fovebunt spem omnimodò vacuam, cum matrem tanta fecunditate reliquerit infœcundam.

9 Ut alium concipere mater possit; necesse erat, ut possit concipi alius. Nil est, ubi non est ultra: & Elisabeth parentis describitur vulva clausa, quia non surrexit maior Ioanne Baptista. Viderunt cognati miracula conceptionis, in nativitate signa virtutis; in circumfusione matrem figurare prophetice nomen, idem patrem mutum scitbare, manum Domini esse cum puero, qui quidem natus ex sterili utero, magnus quoque coram Domino; & desperant alium fructum, videntes & mirantes puerulum, nuperque natum. Hinc persistunt stupore pleni, ut remaneat nomen Zachariæ in filio, qui natus est; quia cum hoc filio nil plus. Vernaculè vigilantius. *Porfian que el nombre del padre se queda en el Præcurfor; porque saben admirados, lo que con este hijo no ay mas*. Sterilis peperit plurimos, igitur in unico quem peperit, sterilis mater mansit, quasi multos peperisset. Sterilefcit genitrix multis fetibus, ac enervatis fructu nimio fecunditatis radicibus: unico factu ortus sterilitatis, signum patet singularis magnitudinis: & ut explicet magnum, quem concipit inter filios hominum; sterilitas hæc unicam servabatur ad partum.

10 Claret modò Tautologia singularis expositio. *Lauda sterilitatem, quæ non parit*. Quem quidem styrum invenies *Iob 24. 21. & ad Galat. 4. 27.* Quid hoc? Est ne sterilis, quæ pariat? Si parit, quæ lege sterilis? Quoniam multum fructum affert. Est sterilis, quæ nihil concipit; & magis sterilis, quæ multum concipit. In utraque deficit virtus fecunditatis, sed in hæc dum deficit, deficit causa virtutis: & ut pateat sterilitatis discrimen; infœcunditas simul designatur & germen: quoniam illustris constat germinis magnitudo, si genitrix manet sterilis concipiendo.

11 Dicat Evangelista: *Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit*. Quid

igitur circumplexio verborum, quæ videtur conficere pleonasmum? Si impletum est tempus pariendi, sanè partitura conceptum: ad quid enim additur, *Et peperit filium*? Quia dum peperit filium, novum miraculum. *Nova per miracula nasci*. Ait Paulinus ubi supra. Miraculum & novum? Miraculum, quod nescit mater concipere; verum non novum, quod conceptum pareret: & insignitur tanquàm miraculum novum, quod in tempore partus pareret filium? Utique. Miraculum est, ubi nascitur effectus ab opposita causa, sicut conceptus in utero sterilis, & sterilitas in flore fecunditatis, igitur contrariæ causæ. Ecce miracula in conceptione & nativitate Baptiste. Miraculum porò quod leni matri tempus impleteret pariendi; & novum miraculum, etiam dum peperit filium: etenim cum partus fecunditatem non destruat, sed fructibus altruat; dum peperit Elisabetha impletum tempus filium, novum apparuit miraculum: siquidem partu reliquit Ioannes sterilis, quam constituit codeceptione mirabili genitricem.

12 Usitatum in triumphis Romanorum, ut in curru veheretur etiam mancipium, quod quidem auri suggereret triumphantis, conditionem fragilem hominis, dicens illi, interea aurum amicum, & fugitivam blandam aurum popularem: *Memento te hominem*. Ita Panvinius de *Roman. triumph.* & Uvolfangus Lazius de *Repub. Rom.* Multi arbitrati sunt huiusmodi vocem fuisse vanæ gloriæ, ac arrogantia Nemesim, ut inhæreret (odiosa recordatione memorie, in firmitate inconstantia) posse esse adverso Marte sub pedibus, qui erat in manu fortuna: quæ quidem vesanè pro lusu conatur evertere pedibus, quod indelescè ac cæcè construxit manibus, tradens victo ignominiosè servum, quem extulit laureis urbis & orbis prodigium. Nullum forti theatrum magis displicet, quàm quod summè placet: nec magis placet, quàm in momento temporis proculcare, quod molita longo tempore. Huiusmodi gloria fortune instar, igitur ut ait Plautus in *Ampbitr. Act. 3. Scen. 2. v. 3.*

Ea que sunt facta infœta refert, ac clamat. Ita igitur peragebatur victoris triumphus; sed, ni fallor, intuitus ex servo longè alius. Quamvis respicientiam sonant eiusmodi voces, instructas iudicio in fomitem vanitatis. Haud revocabit à fastu, arrogantiaque mentem, quod foveret magis, èllo larvatum moderatione, extollentia blandimentis; si triumphanti palam sit fragilitas conditio-

Paulin.

Et nota quoniam miraculum communi natiuitate.

In curru triumphantis phantia quare servus? Panvini.

Fortuna delicia in qua?

Plant.

DIDASCALIA III.

Virginitas etiam fecunda est.

Oritur saepe arro- gantia memoria ex ipsa respicien- tia. Ubi sup.

nis humanæ, ut sese respiciat, minime faci- em fortunæ; magis evanescit pectoris res- picientia, in ipsa hominis miserandi memo- ria: etenim plus intumescit sciendo se esse hominem, & pervenisse in hominis superio- rem magnitudinem.

Maior Ba- ptiſta com- munitio, quod esset homo.

13 Ergo in præfatæ auctoritatis expo- sitionem. *Elisabeth impletum est tempus pa- riendi, & peperit filium. Peperit filium?* Ne novum? Dicat, *Peperit filium masculum:* uti Apoc. 12. 5. siquidem hoc novum, sed minime parere filium, cum conceptioni sit pro tempore necessarium. Haud Tautologi- cè Evangelista loquitur. Homo nascitur. Verum quid in partu mirum? Erit ne novi- tas, si homines genitores Elisabeth, Zacha- rias? Quod illa fecunderetur, quod hic lo- quatur, quod puer fit magnus, & manus Do- mini videatur in puer; patet sanè singula- ritas: sed quod homo ex hominibus nascatur, erit in orbe novitas? Etiam. Operatio- nes eleganter interpretantur naturam: & cum mira naturam in puero nato videren- tur tot miracula, tot virtutum insignia, tot excellentiæ portenta; inter mira Textus exponit ut novitatem, quod Ioannem mater peperisset hominem.

Ioan. I. 6.

14 Assipulatur Evangelista Ioannes, dicens de Baptista: *Fuit homo.* Aliqui iudi- carunt ultra hominem: & ex minimo Textus Baptista conficit laudem, quasi nihil oriri posset magnum ex debilitate princi- pium? Compædum est sanequàm æstimabi- lius eacomiū, dum exponitur principium: igitur cum conditio humana sit in tanta fra- gilitate; mirum omnino quod tot mira mi- carent in homine; quod tot miracula viderentur in mundo, nascente parvulo: quod sicut cæteri esset in nativitate, qui non erat sicut cæteri: quod esset similis nobis passi- bilis, qui erat miraculum orbis: quod in his quæ non hominis esset homo, & minime puer in puero: quod homo esset conditione, quem nascentem etiam mirati sunt universi. Astruant mirantes ipsa interrogatione. *Quis putas, inquit, puer iste erit?* Quis, vel quid? de hoc latè Tautol. 8. Did. 4. Quid, est dicen- dum, dum hominem noscunt. Haudqua- quàm: Quis sit sciunt, & in scientia nesciunt. Sciunt hominem natum in mundo, & miran- tur quod sit homo: igitur haud capax videtur natura humana, quod in illa exercentur tot miracula. Stupuit orbis tot miraculis & si- gnis, videns mundi prodigium, quod unicum servabatur ad partum.

LUC. I. 66. Dum Bap- tista cog- noscitur mater nescitur.

*** **

DIDASCALIA III.

Virginitas etiam fecunda est.

Hieron.

1 A Struit Hieronymus lib. 1. In Iovinian. An quia fecunditas replet generationibus mundum, & vir- ginitas sterilitate cœlum? Arctiori sensu Doct. Maximi exponam auctoritatem, iuxta illud: *Multiplicabis in anima mea virtutem.* Fecunditas è cœlo semper pretiosa, ut patet in margarita, & cœlo fata, ac in concha nata: igitur semper sublimè, ubi casta genera- tio cum claritate. Despectui ergo patet pec- toris quodcumque nascitur ex voluntate carnis. Achates ut refert Guilielmus Paris. p. ult. de *Univers.* cap. 22. nequit portari nisi à virgine: hæc est claritas in casta genera- tione: etenim habet fructum in laudem, & nequaquam perdit florem.

Psal. 37. 3. Virgini- tas simili- bus mar- garita.

Guil. Par.

Venant, Fort.

Virginitas felix, quæ partu est digna Tonantis, Et nova de terris proles ad æstra volat. Canit insignis Fortunati camœna: plantè in orbe nova, igitur proles quæ videtur in ven- tre, micat in corde.

S. Be- ned.

Jesus in corde Ger- trudis nascitur.

Gen. I. 30.

2 Substituunt mirifica virginitatis concep- tio, avido novitatis animo, & prodigij sitibundo. Almaz Gertrudi, mysterium nativitatæ Sponsi è Virgine contemplanti, *Clare visum in parte cordis mei* (ait ipsa lib. 2. *Divin.* *Insinuat.* cap. 6.) *tenerum quemdam puerulum, velut sub ea hora natum.* Natum? Virginitas sterilis est, minime fovet concep- tus, igitur quia sterilis Sara non habebat liberos: sanè, sed aliud in corde, aliud in ventre: aliter in filio, & aliter in sponso: si- quidem ut ad æstra, nova de terris volitaret proles; nascitur fructus ex fecunditate cœ- lesti virginitatis. Apposuit igitur cantabo: *Templa Creatoris sunt membra pudica puella, Atque habitas proprius tale cubile Deus.* *Quantum sponsa potest de virginitate placere, Ipsa cui genitrix non nisi virgo placet!* *Intemerata Deum suspendit ab ubere natam.* *Et panem cœli munere lactis alit.* *Hoc ergo in Sponsa nunc viscere diligit ipse, Quod prius in matrem legit honore sacer.* *Pectora liberius penetrat sibi cognita soli, Virgineam cupiens inhabitare domum.* Succinit qui sup. in *Excerpt.* ex lib. 8. dè *Gaudijs* & *spe vit. ætern.* Quod cupit, tener: quippequàm uti natus ex nova fecundita- te virginitatis, ludit in corde Gertrudis.

Id.

Et illi quiescit.

3 Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcideretur filius Virginis, vocatum est nomen eius Iesus: *Quod vocatum est ab An- gelo,*

LUC. 2. 21.

Ubi sa- cunditas virgini- tatis?

S. Be- ned.

Amor castitatis quantum bonum!

LUC. I. 31.

Puritas cordis magis delectat.

gelo, priusquam in utero conciperetur. Per- pende *In utero.* Si formatur conceptus, uter- que sanè locus à natura destinatus. Quamvis Deus est, tamen in similitudinem hominum factus ex Virgine, & nisi in utero conceptus, careret similitudine: quare igitur dum Filius Dei fit in Virgine homo: enunciat, quod conceptus in utero? Est ne libi officina conceptus, ut exprimat sigillatim Virgi- nis uterus? Est. Iuxta respectum conceptus designatur locus conceptionis, & iuxta conditionem concipientis. Virginitas Filium Dei concipit ut sponsum, Maria etiam vir- go concipit ut filium: & designatur uterus ventre, tamquam sponsum concipitur etiam in purissimo corde. Locus signatur à natu- ra, quia distinctum habet gratia. Virginitas etiam fecunda est: & sponsum concipitur in habitaculo cordis, ex fecunditate nova virginitatis.

4 Modò palàm fit, cur tam enixim amor castitatis à Parente, ac Ducè Benedic- to commendetur Monachis, dicente cap. 4. *Regul. Sanct. instr. 63. Castitatem amare.* Utique, & summo iure: igitur anima dote castitatis fit Conditoris sponsa, in qua aiet, dum concipit, summa gratia. Verum quo- mòdò summa in huiusmodi desponsatione? Ex muneris & consortij perpetuitate: igitur cum perpetuitas felicitatis sit alia maior fe- licitas, & inhæret virginitati fecunditas; quicquid cor concipit caste, semper retinetur in corde.

Videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis, ut trahere- mur in amorem & odorem castitatis. Salu- tata Virgine Marià, Dei genitrice inteme- ratè futurà, dixit Angelus aperiens Trinitatis arcanum: *Ecce concipies in utero, & paries filium.* Quare nativitatæ signat præscri- ptum factibus tempus, si conceptionem ne- cessariò sequitur partus? Si dicit *Concipies*, ad quid *Paries*? Cor purum ita Dei Filij ma- gnes amoris, atque philtrum voluntatis, ut mirum non esset introitus, sed egressus: quandoquidem nihil illi incundius in fe- dem, quàm invenire in pectore humano an- gelicam puritatem. *Paries*: signat Gabriel nativitatem, quia dixerat in utero concep- tionem: igitur si esset in corde, conceptus maneret ibi. *Concipies in utero & paries.* Haud pareres, ni in utero concepisses: uter- que concipies, & minime cor, ideo nascetur ex te. *Paries*: in Virgine fuit conceptio ma- terialis & spiritalis. Unde Leo Papa Scem. 2. in *Nativ. Dom.* Ait: *Virgo regia eligitur,*

quæ sacro gravidanda festi, divinam huma- namque prolem prius concipiet mente, quam corpore. Spiritualiter proles in corde concipitur; materialiter in utero generatur: & dicitur etiam Virginitas partus, dum promittitur filius; ne iudicaretur huiusmodi materialis conceptio, sicut illa antequàm conciperetur in utero. *Paries*: quoniam in ventre habebis filium, quem in corde amplectebaris sponsum. Quem conciperis in utero, paries: non ita corpore, sicut mente concipies. In utero dum nascitur factus, expellitur: in corde factus, retinetur, ubi nascitur; & utique paries, quoniam utero concipies: equidem si conciperes, sicut prius conciperas mente, conceptus sanè remaneret in corde.

Leo Papa.

Concep- tus geni- trie, pa- riens, semper manet in corde.

5 Animo saepe volvi, cur Sponfus cœ- lestis, *Nusquam se conventientius, quàm in Sacramento altaris, ac deinde in corde Ger- trudis inveniendum;* pronunciauit. An quia in Sacramento Christus manet in homine, & homo in Christo? Dicat Amasius: *Magis in me, quàm in te visis, & tanta est mihi pulchritudo tua, ut in te maxime inesse vi- dear, & in te vivere.* Caſtaniza lib. 1. *Div. instr.* cap. 12. An quia accedens ad Sacra- mentum vivet propter Christum? *Unus cum illo spiritus Gertrudis erat.* Idem ibid. *Asse- rant qui experti sunt* (ait Bernard. apud eundem Schollasten) *mibi fateor impossi- bile videtur.* Fecit in illa magna, qui potens est: habitavit proprius tale cubile Deus, & quiescens in corde, vicit amore, quod videbatur hominibus impossibile. An quia panis Angelorum? Aptè: *Præ cunctis mor- talibus in terris vitam angelicam duxit.* Ib. lib. 2. cap. 23. An quia Sacramentum mira- culorum maximum? Patet in Gertrude plenitudine charismatum: sed unde patet? Lu- bitò exponam. In reliquis Sacramentis Christus confert gratiam, sed non permanet in illis: in Eucharistia manet, & collatà gratià: unde nasquam Christus convenien- tius invenitur, quàm in Sacramento altaris, & deinde in corde Gertrudis; quoniam conceptus Sponfus in pectoris puritate, num- quam recessit à corde. In corde Gertrudis candore celesti concipitur; ergo in corde Gertrudis invenitur.

Charif- a inara proclara Gertru- di.

Castani

In eius corde se nosc sponſus.

6 In Virgine-Matre miramur & sequimur normam, igitur adducuntur Regi virgines post eam, & maxima, quæ proximæ. Nunciata pastoribus Christi nativitate de cœlis, venerunt festinan- tes, & invenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Omnes mi- rati sunt: *Maria autem conservabat omnia, quæ*

per-

Luc. 29. Mirabilia loquebantur Christi natiuitatem.

Cerd. Puritas cordis eum tenet, nec dimittit.

Verf. 18

Prodigium fecundae virginitatis.

Cant. 8. 6.

Cor semper sponse sedes.

Pl. 44. 2

Ioan. 1. 6.

Verba haec, conferens in corde suo. Verba haec, idest, miracula : quae appositè dicuntur verba, quoniam pro noua natiuitate Verbi, loquebantur, etiam tacite, eloquenter mirabilia. In corde conferebat verba haec: verum cum quo? Conferentia sonat correlativum, aliàs esset soliloquium. Cum quo igitur confert miracula & verba, quae videt & audit? Verbum est: ait N. Pacensis de Maria effig. Acad. 15. num. 2. 5. Verbum Patris, caro factum, ac in lucem publicam editum, iacebat in praesepio, minimè in utero sacro: qua ergo lege tunc nacta natiuitate, verba cum Verbo conferebat in corde? Virgo-Mater concepit Verbum Dei ut filium, & ut sponsum: ut filium in vulva, ut sponsum in anima: ut sponsum puritate cordis, ut filium virgineae fecunditate carnis: ut filium peperit, ut sponsum etiam pariendo retinuit: cum illoque confert verba; quem concepit puritate: quia semel conceptus numquam recessit à corde. Omnes mirati sunt, praeunntiat Evangelista. Quid si viderent arcana? Latet videntium pectus, quo caligaret oculus: igitur plus mirarentur quòd esset tunc in cordis sacratio, qui iacebat in praesepio. Mirabile, quod nasceretur ex virgine, quòd decantaretur natiuitas à militia caelesti, quòd videretur Verbum Patris caro factum, quòd inter bruta iaceret continens mundum. Mirum utique, sed magis mirabile, ut quem Virgo mater pepererat, confervaret in corde.

7 Signaculum est Sponsus super cor, & super brachium. Distat brachium à pectore (quod dilectionis sedes) ut duobus adoretur simul sponsum locis: & una occupantur ab uno diversa loca, simulque abscondita revelantur mirabilia; siquidem quem mater natum adoratoribus ostendebat in ulnis, sibi ut sponsum servabat, tamquam signaculum cordis. Aliter alijs, aliter sibi: sibi sponsum, alijs filium: sponsum ex corde, filium ex carne: & tamquam sponsum processit de thalamo cordis, sed semper mansit in tabernaculo pectoris. Eructavit cor Patris Verbum bonum, cum misisset in mundum; quod quidem eructaverat verbum verum, dum genuit intellectiois speculum filium: hoc erat in principio apud Deum. In novissimis diebus misit filium suum, qui in Virgine factus est homo. Inquit. Tunc apud Patrem non erat sicut in principio? Erat. Verbum erat apud Deum. Nonne in mundum misit? Utique, sed non dimisit. In subsidium hominum decreto Incarnationis concepit corde, quem in principio sine principio conceperat mente. Mittere in mun-

dum, videbatur separatio, ut magis effig homines exprimeretur dilectio; igitur decrevit Incarnationem propter nimiam charitatem: & ubi exponitur Verbum filius patris, uti bonum; dicitur medicanter, Verbum erat apud Deum: quippequam quod Pater corde concepit, eipò missum in terras semper in corde retinuit.

8 Nescio, an Divinus zelator hos intuitu, de se in Gertrudis corde concepto, dixerit: Me tota affectione inter eius amplexus tamquam captivum tradidi. Ubi supra lib. 1. cap. 4. De huiusmodi captivitatis dilectione, & potestate, loquimur hic Tautolog. 12. Didasc. 4. Probat eventus. Die natiuitatis natus est Gertrudis in corde, quem conceperat mente: Accepi puerum (ait) de praesepio, pennis involutum praecordijs meis impressum. In die purificationis, inquit: Mater filiolum dilectum uteri sui reddi sibi à me repetiit, accepit, & immaculata mater immaculatis manibus porrexit mihi virginalem parvulum, quasi totis conatibus amplexus meos nitentem. Ibid. cap. 14. & 15. A genitrice conatur filiolus avelli, ac in brachia Sponsae fugere? Thronus Sponsi Dei vocatur Amasia, iuxta illud huic dilectè addictissimi, Gertrudis si corde manes, cor erit hoc thronus: & inter genitricem, & sponfam amantem, ut conitaret amor erga Gertrudem; propter thronum sponfae reliquit matrem.

9 Eiusmodi amoris demonstratio micat obumbrata in caelo. Ibi signum magnum apparuit, scilicet mulier, quae Virginis-Matris signum, amicta Sole, ornata lumine, Lunam calcans, stellas illuminans, tamquam centrum splendoris; igitur coronabat, dum coronabatur altris. Clamabat parturiens, & peperit filium regem regum, sed raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius. Nonne blandius delectaretur inter ubera genitricis, quam inter amplexus genitoris? Modò videt lucem, & fugit matrem? Fugit, ut in origine quiescat, ac amorem suavioerem inter principia deprimat. Originem habuit à matre, sed in utero: originem etiam à patre, sed ex intellectu: magis alliciant principia, ubi nobiliora: & relinquit filium matrem: quae illum conceperat corpore; propter patrem, qui filium concepit mente. Verbum eructavit cor patris, & humana carne indutum viscera fuderunt genitricis. Quasi inter duas Cygnosuras trahebatur, & retrahebatur animus, bino amabili principio, sed contrario; demultus: quo se vertet? Ubi magis complaceat: unde deserit, etiam mirabilem, quae con-

Quod cor amorem concepit, numquam dimittit.

Castana

Sponsa divini erga Gertrudem si singularis fidei dea monstratorem. Idem

Thronus est Dilectio

Apoc. 12. 5.

Et ad thronum rapitur.

Ecl. 24. 21.

Relinquit matrem propter Gertrudem.

Qua causa?

Math. 19. 5.

conceptit carne; & rapitur ad eum, qui conceperat corde. Nota modò accuratam dicendi proprietatem, dum textus exponit comparationem: igitur saepe in Scriptura comparatio subauditur sine comparationis notula, ut alibi dixi, & dicam opportuniori loco. Cur ergo, si ad patrem rapitur filius tamquam in principio, ita rapitur ad thronum? Thronus non est genitrix, ubi quiescit, qui in omnibus requiem quaesivit? Creator omnium & qui creavit me (inquit ipsa) requievit in tabernaculo meo. Pro Virgine dicemus quomodò, hic Didasc. 10. Si Virgo Mater thronus excelsus, quare relinquit genitricem, & trahitur in alium thronum, si cur rapitur ad patrem? Clarissè proposito, Thronus dicitur Sponsa Gertrudis, thronus etiam Virgo genitrix: quae ergo causa conatur filius amplexus Gertrudis, ludens inter ubera matris, & quare sicut hinc rapitur ad patrem, nititur etiam in dilectam Gertrudem? Enodanda brevi cuncta. Mater concepit & peperit filium, sed concepit in utero, quem pater fecundus concepit in intellectu. Mater in ventre, pater in mente: & rapitur filius ad Gertrudem, sicut ad patrem, derelicta genitrice; quia tam pater, quam Gertrudis ipsum conceperunt corde. Ex Virgine originem duxit, sed cum esset in utero, ortum etiam foetus habuit. Si concepit cor, semel conceptus in aeternum requiescit: & thronus in saeculum saeculi efficitur anima, ubi in ea nascitur, & non ex ea. Mater Virgo erat, quae miro modo in utero concepit filium: Gertrudis ipsum in pectore concepit sponsum: trahit sua quemque voluptas, & ut pateat dilectionis excelsitas; reliquit matrem, quae conceperat ventre, propter Gertrudem, quae conceperat corde. Mater erat, & singularis mater, sed filius Gertrude visà non quiescit. Vicit amor amore, & charitas charitatem: etenim novissimus Adam valdeiciens matri, adhaesit sponfae.

11 Cansam in Adamo perferentemur. Propter hoc dimittet homo patrem suum & matrem, & adhaerebit uxori suae. Pater magnum sacramentum inter Gertrudem & caelestem sponsum. Matrem dimittit, & Gertrudem quaerit: etiam canitur: Qui ovis in sinu Patris Cinctus perenni gloria Amanter ut sponsum, tua Recumbit inter ubera.

Emphatica iudico verba: Propter hoc. Quid est hoc, propter quod & pater & mater abdicuntur? Quia ex latere formata sponsa?

Cor Gertrudis quasi affixum apertura amatorij vulveris lateris Iesu: ait qui supra lib. 1. cap. 27. An quia iam non duo, sed una caro? Iam non duo corpora, & utrius animus, sed unus homo in unum corpus, unumque spiritum commisi sumus. Castana. in cap. 4. lib. 1. An quia tunc sola & nulla tunc inveniebatur sicut illa? Nulla tunc temporis creatura in terris Gertrude Sponsa acceptior, & gratior. Id. ibid. Alia cogitabam & altiora. Vidit Adam in Sponsa propriam substantiam, licet in alia figura (inquit) alter praefer quam supra, inter cor Gertrudis & sacramentum altaris convenientia) vidit aliud quid, & vidit se: cuncta ergo relinquenda propter hoc: dimittet homo & patrem & genitricem, si viderit in aliena substantia propriam Gertrudis, thronus humanitatis meae (plauditur Gertrudis ab Sponso divino) tanta est mihi pulchritudo tua. Ibid. lib. 1. cap. 6. & 12. Peccit Virgo Mater filium, quem genuit, à Gertrude: accipit, sed filius conatur oscula Sponsae: quid mirum, quòd fatigat requiem in huiusmodi peccoris throno, ubi propriae humanitatis relucebat imago? Vidit ibi vivum pulchritudinis simulacrum, exemplar indecumque perfectionum elaboratum apprimè & e caelo effugiem; & propter Sponsam dereliquit matrem.

12 Caelum (dicebat Prisci) nulla sagitta ferit, & observatur ab Astrologis in caelo sagitta. Vide Christophorum Clav. in Sphaer. Suspicia Gertrudis arbitror figentia pectora nuda Dei, ut eius traheretur in pectus, sagittis amoris faucibus.

Transfixum cor amor clam testificatur amice:

Nam voce effectus plus in amore valet. Canit Ocho Vanus Embl. 24. Amor. O Virgo! O caelum! Nec te quaeris extra. Quid non intus habes? Tange felix venas, & pone in pectore dextram: igitur trahitur, imò rapitur à te de caelo, dum esset rex in accubitu suo. Non miraris etiam facta singulari: habet enim huiusmodi forum pectus virginicum. Nubes, aera, caelos, Angeloque transficiens, Verbum Dei in ipso sinu Patris invenis, & toto pectore hauris.

Merito Deus arsit in illa. Igitur virginitas fecunditatem non impedit, nec fecunditas virginitatem admittit.



Cor Gertrudis heret coram Sponso Castana.

Erat Sponsa Christo acceptior.

Sponsa virginitatis imago.

Quem sauciat.

Orth. Vxo.

Et habet in corde.

Ovid.

DIDASCALIA IV.

Nihil doctore frigidius, qui verbis dumtaxat philosophatur.

Chryso-
stom.

In Con-
cionatore
mouetur
opere,
non ver-
ba.

Ion. 3. 2

Aliter
non pra-
dicatur,
dum pra-
dicatur.

Claud.

Non mo-
uentur
subditi,
inuisa
regente.

Pf. 61.

12.

R. Sa-
lon.

1 **E**xclamat Chrysostomus. Homil. 1. in Act. Apost. igitur despiciabilis doctrina, ubi totum vox, nihilque praeterca. Frigidum itaque Doctoris verbum, quo non doctoris, sed histrionis reuert officium. Verba vana, est lucida, sunt verba; & procul momento stabili operum, omne verbum verbum mimicum; quia non de actione, sed de imitatione fit studiose propositum. Quam apte lonx dicitur: Praedica praedicationem, quam ego loquor ad te. Indutus sacco & siliicio praedicat: subversione urbis, ni respiciant, indicat: & haec est praedicatione praedicanda, scilicet, praedicantis poenitentia; quippe sine doctoris exemplo, nulla est in praedicatione praedicatione. Est praedicatione, qua Deus in homine loquitur, & qua homo Dei nomine fitur: diciturque de praedicatione, *Quam ego loquor ad te*, in conversione proposita urbis; quia Deus loquitur, ubi loquitur exemplum praedican- tis. Verum hoc Tom. 6. Tautolog. 8. in praefata testimonium.

In commune iubes si quid, censeque tenendum; Primus iussa subi. Tunc observantior equi fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum

Auctorem parere sibi.

Canit Claudianus in Paneg. pro IV. Honorij Consul. v. 296. igitur minime aures commouentur in homine, immoto capite. Aures subditi sunt, caputque Princeps: dum loquitur verbis, audit auris: verum in praescripta legum, immoto capite, Principe, nequaquam commouebuntur. Bellinum est, aures excutere, dum caput iacet in quiete. Contrarium insigne est hominum, ut pateat, quantum valeant exempla regentum: siquidem aures in obedientiam moveri sine regentis motione, est omnino irrationale.

2 Semel locutus est Deus, duo haec audiui, quia potestas tibi est. Quid est hoc? Si unum locutus est Dominus, qua lege duo percepit audire? Unum ad dicentem pertinet, ad audientem duo: dicunt Rabbini. Perperam plane; igitur nulla potestas erit in potestate Praefidis, si plus quam ille facit, relinquit subditi. In unico verbo audiuntur

duo, quia auditur mandatum & exemplum: igitur qui vult subditos se legibus sequi, oportet sane praere. Duo subditi audiunt, dum cui potestas traditur, unum loquitur. Verum quomodo audiunt, quod non locutum? Locutum est unum semel, & duo subditi percipiunt semel locutum: etenim si Princeps non aliter facit, quam iussa praecipit; audiuntur semel verba, sed bis audiuntur, cum audiuntur opera: quandoquidem ut subditi sint sub legum praescriptarum potestate, efficacior sermo in opere, quam sermone. Ideo Deus dicitur loqui verbum, ubi duo à semel loquentem audiuntur, scilicet, verbum & factum: quippequam in potestate divina plauditur vox; si audiuntur simul & semel in exemplum duo haec.

3 Ergo qui suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina suis praesse: inquit Gloriosus Christi confessor, & Monachorum Doctor Regul. Sanct. cap. 2. Id est, omnia bona, & sancta factis amplius, quam verbis offendere. Perspicue intelligitur convenientia operationum & verborum, in subditorum exemplum; quandoquidem urget in praefata facinora militem, videre ducem ducentem: atamen haud facile percipitur duplex doctrina, facta & verba. Confirmabit sane factis, quod Praefis exprimit verbis; verum non erunt verba, quae ostenduntur uti facta, ut à subditis in operibus inveniatur doctrina. Verba erunt exemplum; utique: & meditante doctrina vocantur opera; quippe subditis Praefis amplius & efficacius loquitur factis, quam Hercules verbis.

Unde tibi frontem libertatemque parentis, Cum facias peiora senex? Vacuumque cerebro, Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quarat?

Ait proposito Iuvenalis Satyr. 14. v. 57. Ellebore eger, qui contraria factis docet: igitur approbat & reprobat eandem omnino sententiam, & simul capitis confirmat insaniam, quis enim nisi impos mentis, ita deturparet pulchritudinem rationis, ut quae semper indistincta, sibi & alijs sint diversa? Quae iure verba Praefidis plodunt, postea in ore suo complacebunt? Proh dolor! Plodunt & plaudunt; verum signant vacuum cerebrum, pro capite cucurbitam vento plenam, atque doctrinam insaniam.

4 Ne auerterent discipuli auditum à veritate, imò studerent perfectioni, spreto ex verbis ventosis pruritu aurium, ut nemo eos deciperet in sublimitate sermonum:

Efficacior sermo in opere, quam in oratione.

S. Benedict.

Eloquentiarum loquuntur opera, quam verba.

Iuven.

Amentia Praesulium.

Colof. 2.

Verba & verba folia & folia

S. Benedict.

Et praesulium cogitatio sine praesulium.

Verf. 4.

monet Paulus instrui in omnes diuitias plenitudinis intellectus. Quenam ergo intellectus plenitudo, ut huiusmodi copia innotescat intellectus evacuatio: Numquid est in potestate rationalis, instrui in plenitudinem intellectionis, cum quincup talenta credantur illi, duo, vel unum huic, Deo diuidente singulis, prout vult? Si unicuique datur iuxta menturam; erit altera menturam, si habuerit plenam: quo ergo studio instruetur in intellectus plenitudinem, qui Christi sequitur legem, ne decipiatur sermonis sublimitate, sed ducatur intellectionis dulcedine? Doctores alloquitur Paulus, intendens ex praedicatione fructus; qui quidem euanescent è sublimitate sermonum, uti folia crepitantium; etenim verba & verba sunt folia & folia sine utilitatis fructu, quae a levi rapiuntur vento. Nihil mihi concione frigidius, qua nec voluntas ista, nec intellectus. Klaud omnino fastidiosum, si inter paleas, quem querit, amor inuenit puerum; sed bilis porro exacerbitas, sine puero inuenire dumtaxat alicui. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci: quae plenitudo congruit concionantis in ellectui, ubi illuminando mentem, tranat illuminatio inflamare voluntatem.

5 Utiliora, ni fallor, intendit Paulus in diuitijs plenitudinis intellectus. Quid igitur est plenitudo intellectus in doctore? Facere & docere. Qui docet in doctrina habet intellectum; sed non plenum, nisi fecerit quae docet: & docet Paulus instrui doctorem in huiusmodi schola; ut plena sit doctoris intelligentia: igitur sine exemplo habet audientibus intellectum, sed plane vacuum; quoniam non vult intelligere opere, quod ingeniose conceperat mente. Ait intelligere est intellectus conceptio, sed sine exemplo non est intellectus plenitudo: etenim quin pateat in moribus partum opus, minime cogitatur in intellectu conceptus. Plenitudo intellectionis constat ex concorditate mentis, ac ex consensu cordis: ideo Paulus vocat diuitias huiusmodi intellectionis plenitudinem, dum verbis doctor coniungit operationem: siquidem cum displicent cordi, & placent menti thesauri sana doctrina; pleni opibus sunt deteriores pauperibus, cum viri diuitiarum nihil inueniant in manibus suis, quo respondere possiat thesauris cogitationis.

6 Exemplo & doctrina concionantis Doctor Galcanus opponit sublimitatem sermonis, *Ut nemo vos decipiat*: ait. Decipere ne potest doctor, dum loquitur sublimitate; utique, si absunt exempla. Si vox & manus

conueniunt, est intellectionis plenitudo, & non audientium deceptio: sed patet dolus; ubi vox Iacob, & manus sunt Elau: igitur implicant in doctrina opera & verba, cum videantur in proferente lucide verba legis, opera opposita carnis. Decipiunt tunc doctores, & decipiuntur in prolatione sermonum. Decipiuntur, quoniam cogitant, saluos esse per verba; cum opposita dicant verba quae cogitant: & decipiunt, quippe audientes non faciunt quae doctores dicunt, sed quae faciunt; cogitantes haud aliter accipi legem ab audientibus, quam uti accipiunt ab ipsis praedicatoribus: qui quidem inueniuntur fallaces; quoniam collatis vita concionatoris, & verbis; dum sublimitate cogitant, magis cogitationibus implicat: quandoquidem operationes legem interpretantes, inueniuntur in causa falsi testes. *Nemo vos decipiat*: igitur nihil per miraculum, nihil fit ex vi verborum. *Nemo vos decipiat*, dum alte cogitat: quippe fraude intellectus intime pungitur, ac desiderio fraudatur; cum in sublimitate concionis desiderat opes expandi virtutum, & tantummodo inuenit thesaurus inanum cogitationum. *Nemo vos decipiat*, quoniam in verbis tantum non est auditoris, sed doctoris frigiditas, qui dum magis verbis lucret, magis infeliciter arguit. Arbor est qualibet oratio in qua insunt folia verborum, & fructus optimi virtutum: sed arboris anima, ubi siculnea mentis solummodo profert folia: etenim carentia notatur fructuum, in cultu vano viridantium foliorum. *Nemo vos decipiat*: quippe quae videtur oblectatio, est sub specie devotionis vera deceptio: siquidem pudor est mentis, ex arboribus scientia fructus sollicitantis, inuenire pro fructu frondes & flores. Inuit Hieronymus Epist. 2. ad Nepotian. *Docentis* (ait) *in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacryma auditorum laudes tuae sint. Verba solvere, & celeritate dicendi, apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est.* Non considerandum, quid planctus, sed quid gemitus. Ille, flores, iste, fructus: & euanescit fructus, ni sit planctus.

7 Denique: *Nemo vos decipiat*. Decipiet sane; qui non loquitur intellectus plenitudine. *Id est, in abundantia plena persuasionis*: ait Theophilactus hic. Nota persuasionem plenam, dum intendit Paulus sanam doctrinam. Ampliorem non obtinebit persuasionem, & intellectus plenitudinem, qui profert in concione sermonum sublimitatem? Nequaquam, sed deceptio. Plenitudo intellectus scripturarum fiat in opera

Tautologia praedicatoris praesulium concionantis exemplum.

Est deceptio audientium & praedicatorum.

Theophil.

Efficacia sermo, per exemplum loquens expositio

tione legum : sermonum sublimitas in pompositate uocum: illa in exemplo, hac in eloquio: suadet hac, sed non plene, quia dumtaxat agit uoce: & illa gaudet plena perfusione sermonum, quia sermonem locutionis comitatur exemplum. Sublimitas in utroque est, sed uasuo non conceditur plene fermioni, sed dicenti & operanti: equidem ad coercedos hominum mores, nihil magis congruit quam uita regentis: cum sublimior ac efficacior sit sermo, legum prolatarum per exemplum expositio. De Sara dicitur Sterilis erat, & sine radice. Congruit qui uerbis tantum philosophatur: uerum quomodo si nitent in uerbis flores, erit sterilis? quia germinat flores. Arborea flores praerunt, ut fructus e radice nascantur: ceterum ut producant, necesse est quod flores evanescent.

Gen. 1. 130.

Rav. Tex.

Cedrus florifera non fructificat.

Symbolum cononatorum.

8 De Cedro dicitur a Ravif. Textore in Officin. lib. 7. cap. 27. Florifera fructum non facit. Clare symbolum uividius predicatois, qui tantum fludet uerbis. Quasi cedrus exaltatur ad officium, ut seminet uerbum Dei in cordibus fidelium uel infidelium: eius flores sunt uerba, fructus sunt opera, quae uocant & alliciant audientes in ardua ac aspera predicatae uirtutis, sed florifera cedrus fructus non facit, ut non uocibus, sed exemplo studium concionator inclinet: igitur in paradiso Ecclesiae detrahet fructibus, quaequid humoris concesserit floribus. Apte cadit quod de Capreolo canit Alcianus Emblem. 198. Pulchra coma est, pulchra digi, saepe ordine frondes: Sed fructus nullo hac coma pulchra gerit.

9 Nullus flos dicitur a Deo creatus, est floribus rutilis conuascaret paradifus. Nullius ergo describitur elegantia & fragrans forma inter tot genera florum, nec creatio omnium arborum creaturarum, licet omnia in cosmopoeia a Conditoro receperint esse, quo existunt pro Uniuersi pulchritudine. Ita enim dixit: Germinet terra in lignum pomiferum faciens fructum. Nonne hac uoce germinant infrugifera arborea, & praestantissimi flores? Proculdubio: sed facientium fructum praesertur creatio; quoniam quae hominibus non profunt, etiam sibi retineant, non habent fructum. Arborea scientia rutilant concionatores, in paradiso specioso uoluptatis. Sunt arborea florifera, & steriles; sunt infecundae, licet habeant frondes: quorum creationem praeterit meditanter silentium; quoniam non numerantur, quaeumque non faciunt fructum. Sub manu causa. Orationes germinant floridae.

Gen. 1. 11.

Flora dissipari debent, ut fructi faciant.

uenantis eloquii pulchritudine nitidae; ceterum quid? Sunt flores, & manent flores. Si manent flores, non fructificant alijs: non quae flores referunt arborea, nec ipsi flores narrantur in creatione; quoniam ornatus dumtaxat intendit in uanitate, dum sicut flos propria tantum sollicitat pulchritudinem.

10 Rimemur in singulari auctoritate oratores flores, qui flores & etiam fructus facientes. Concepimus (aiunt Synagoga doctores) & quasi parturimus, & peperimus spiritum. Pro Spiritum, Syr. legit apte: Ventum. Non nova huiusmodi acceptio in Scriptura, ceterum nova in materia. Si doctores & legum interpretes sublimia studio concipiunt, uoce parturunt, ut litera occisa in corde audientium generet spiritus, quomodo uentus? Subeit causa: Salutes, aiunt, non facimus in terra. In uento signatur uanitas, in spiritu uirtutum omnium fecunditas. Quaeumque oratio doctorum concipi debet in salutem animarum: & minime fructum faciunt, licet bonum semen & fecundissimum; quoniam non intendunt concionibus in animarum salutem, sed uocem solummodo studiorum uanitatem. Ventos pascunt, uentos concipiunt, uentos parturunt & pariunt: siquidem minime predicant, ut praeptra per uerba cordibus pateant, sed ut uerba in auribus sine charitate floreat: paruipendentes animarum spiritum, modò concilient sibi ab auditoribus plausum.

11 Alij inter quos Forerius legitur: Spiritum salutis non fecimus in terra. Verbo Dei quod sanat omnia, debent doctores uulnerare pectora, ut sanentur peccatorum uulnera: igitur ut monet uel Ethicus lib. 6. Pastor. Sic agit uerba & sic exempla parantur. Cum iudax, alios quod monet, ipse facit.

Huiusmodi mutatio cordium atriu ex praedicatione fructum: sed spiritum salutis non faciunt efficaciore uerbo, uirtuorum antidoto, uulnerum alexipharmaco; qui propequam iniquitatum audientium gravis agit uerba, sed praedicationem non offendunt exempla. Leuia, est cordis uulnera, arbitratu audientium animas, quae uiuunt in cariose uel obliuiose medicus: unde prolato uerbo Dei, quod sanat omnia; alte sedent in cordibus patrida uulnera: igitur magis quam uerba, praedicationem audientes sequuntur opera. Si uis sanare criminibus agrum; Medice, cura te ipsum: etenim nullum praestantius alexipharmacum, quam oratoris exemplum. Ingrediuntur fideles in

Isai. 66. 12. Syr.

Haud re ferunt fructum, quare uentis plausum.

Forer.

Ouid.

In mutata tione cordis fructus agno scitur praedicationem.

Eccle.

Efficacia remedium uulnerum eius exemplum.

Plalm. 67. 14. Plus praedicant uirtutes, quam uocem.

Apoc. 1. 1. Vox exempli uidetur.

Quando uirtus in uocem

Ecclesiam; requirentes multoties in doctoribus, uulneribus medicinam; sed exeunt, uti ingrediuntur, quoniam medicamen exhibitum, ulceri non est remedium: igitur uel conditur floribus diminuta uirtutis, uel concinnatur inutilibus uerbis, respicientibus obiectorum contemplationem, minime uulnerum & medicinae uirtutem: quae quidem salutis illicid parit spiritum, quem una concipiunt uita & uoces praedicationum.

12 Inuit David: Ecce dabit uocem suam uocem uirtutis. Illudre sane testimonium. Quenam uox sine uirtute, ut uox uirtutis inuit prolationi uocis? Virtus uocis nil aliud est praeter significationem conceptus mentis: si uox (alias esset sonus, uel crepitus) habet significationem, quomodo uirtuti uocis, qui profert, dabit uirtutem? Videtur saepe efficacior influxus ex exemplo praedicationis, quam in eloquentia uocis: siquidem quod oculus non uidet, cito transit: & datur uox uirtutis significationi uocis; igitur dum exemplum parit in audientibus uirtutem, etiam uirtus habet uocem. Conuersus sum, ut uiderem uocem: ait Ioannes: uox non uidetur, sed auditur: & uox assignatur, quae uidetur; ut pateat uox exempli non in uoce, sed in doctoris uirtute: quandoquidem plus praedican praedicationis uirtutes, quam uoces significantes.

Deinde. Dabit uocem suam uocem uirtutis. In uoluntate stat uirtus huius uocis. In uoce sine exemplo non inest significatione, quia aer tantummodo crepitans, & cymbalum sonans. Concionator uocem habet, dum loquitur: etiam habet uocem, dum operatur: hac ex uirtute, sine qua uox quae prima sine uoce, quia nihil dicit, dum dicit; nec ducit, ubi ducit. Ducere & duci intendit concionator & doctor, ne cum alijs praedicat, reprobus ipse efficiatur: & uocem suam dabit uocem insignem uirtutis, si uirtutem addit ad uocem praedicationis. Utraque uox necessaria est, ut homines desipientes per doctores conuertantur ad cor: in aure audientium uox uocis, ut resonet in corde uox uirtutis: igitur nec caelestis doctrina penetrat corda, ubi uita praedicatione non exhibentur exempla.

13 Occurrit disentienda diuersitas plausus, quam habuit in baptismo ac transfiguratione Assertor N. & Dom. Iesus Christus. Baptizatur a Ioanne, uel renuente, qui assumptus corpus in similitudinem carnis peccati: & ne humilitas tanta, quae uidebatur proiectio dignitatis, obsequio mirabilis dignationis, maneret occulta; illicid in signata fuit laura: igitur rupto caelo, ad

Tom. II. Taut.

miratione abiectionis quasi attonito, uox Patris desuper patefecit, quod caro peccati oculo: siquidem de caelis introuit: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. In transfiguratione ab eodem eadem uox auditur, & summe plauditur, facie rutilante sicut Sol, & ornata uelut albescens quasi nix, collatis luce & albedine pro caelestis commendatione doctrinae, uel pro insignibus infulsis doctoratus, quem exacte meruit erga homines studiosos. Unde laurea accepta a Patre, dixit discipulorum corone: Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Si doctrina uel caelestis audienda, ubi magis noua & singularis, quam in Iordane, sese ostendit impeccabili in speciem peccatoris? Non hic audientes, sed tantum ubi gloriosus? Non ubi iacet, & humiliter docet? Non. Ipse Iesus tunc erat incipiens. Nullum fecerat signum: nullum doctrinae praebuerat exemplum: & ubi nulla exempla uirtutis patent aulcantium oculis; nulla animatur doctrina, est doctrina caelestis. Ante transfigurationem probatus erat per multa, licet non per omnia, doctrinam firmans exemplis, sibi in nullo laborum parcens, officio incumbens, peccatores querens, penitentes uovens, atque discipulos dirigens: tuncque proponitur e caelis doctor summus auctoratus, in omnibus exaudiendus: siquidem ut per aures caelestis doctrina ingrederetur in corda, uirtuti uocis uocem uirtutis oculis obicerat per exempla.

14 Hinc discipulis dixit: Scitis quid fecerim? Vos uocatis me magister, sum etenim. Exemplum enim dedi uobis. Breui periphrafi delicanda auctoritatis sacramenta. Ubi dicit quid fecerit, dicit Scitis: igitur pulchrior & facilius doctrina per opera, quam per uerba. Longum iter est per praeptra (inquit Stoicus Epist. 6.) breue & efficax per exempla. Utrique breue, igitur omnia praeptra continentur in actione. Per scientiam acquiruntur magisterium, non per operum studium; alias discipuli imitantes essent doctores: & dum exhibet opera, exhibetur etiam discipulis doctoris laurea; quoniam plus magister docet, dum docta facit, quam ubi facienda docet. Vos uocatis me magister, bene dicitis, sum etenim. Cur non dicit: Fui, sed Sum? Nunc? Prius non? Et prius & nunc: sed sum modò, quoniam doctrinae accessit operatio: prius per scientiam caelestem, ceterum nunc per actionem: igitur in magistro non legum contemplationes, sed opera sunt interpretes. Magisterum me uocatis. Sum etenim: Exemplum enim dedi uobis. Ad quid exemplum, ubi sit de magisterio iudicium?

Luc. 3. 21. Nulla doctrina, ubi nulla docentis exemplum.

Matth. 17. 5.

Luc. 17. 5. Ubi loquitur.

Exempla sublimior doctrina.

Ioann. 1. 12. 13. 15.

Senec.

Omnia praeptra continentur in actione Magistri.

M 2

Ma

Magistrum constituit scientia & eruditio. Hac arbitrabatur homo, sed turpi errato; quoniam reusque opera, & venerabatur verba. In Christi schola, ut forma Christi servetur, non forma verborum, sed materia iuxta prescripta a magistris observatur: & Christus asserit bene se vocari magistrum, ubi doctrinae novae dedit exemplum; etenim non doctus, doctus contemplator legis, sed factor operis.

15 Nota singularem exhibitam Joanni visionem, ut discant predicatoris sequi magistri virtutem. In medio septem candelabrorum aureorum visus est similis filio hominis, cuius vox insignis: ac in indicem fructuosae predicationis, *Habebat in dextera sua seplis septem, & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Permutantur profecto alitrorum, gladijque loca, ac aequo non eminent predicationis insignia. Os origo verborum est, vel officina, qua ratio exprimitur verbis, scientia & eloquentia merito lucidis. Manus apta offensionis, & defensionis, uti instrumentum corporis usibus agile. Quare ergo gladius in ore, ac in dextera manu stellarum? In ore gladius acutus, quem manu regere congruit; non erit loqui, sed verbis percutere, & sermone vulnerare. Hoc plerumque plaudunt audientes, studiosi novitatis: igitur si deficit manus ad vindictam iniuriarum, & in ore concionatoris haeret & gladius & telum: Saepo enim pro verbis vibrat sagittas, & pro rosas insulse loquitur lanceas: quandoquidem quasi esset lectum in audientes improprium; in suggestu impudens petulans audet, quod descendens non auderet. Unde corda obdurescunt compuncta a predicatore, quae emollescunt, si compunguntur a crimine: etenim in eius ore & lingua loco divini verbi, refidet utraque parte acutus gladius audaciae. Zelo facit legis Dei? Creperum sane: verum si fecerit imprudenti, & stulta cogitatione; haudquam erit zelus, sed dumtaxat in verbis, seu pro verbis gladius acutus. Non huc intendit visio. Ergo propositum.

16 Habebat doctor in dextera splendorem stellarum, ac in ore nitentem gladium acutum. Manus operationi deservit: & manus dum loquitur tantummodo lucret; quia doctor non clarescit rutilo splendore verborum, sed per virtutum exemplum. Gladius inest ori concionatoris, ut trucidet monstra iniquitatum, gladio ancipite verborum, ne regnet peccatum in mortali corpore, in audientium mente, quod quasi serpens foveatur in sinu: tuncque stellarum septem lux collocatur in manu, destinata ope-

ri ex predicatione verbi & quoniam ni in concionante verbi viderint audientes exempla, haud a cordibus expellet semel admittit peccata. Lux in predicatoris manibus, quippe illuminat errantes nitidis operationibus. Optime increpat & arguit, dum ita lucret: contraria facienti ipsis exemplis sagittas; & transadigit, dum clamat: igitur cuspis haud acumine valetior in penetrabilia cordis, quam vita consona verbis, & exemplis predicantis. Aures uti gladius acutus penetrat verbum: exemplum patet ad oculum: ac in manu effulgunt stellae eloquentia lucis, quoniam non predicat, qui philosophatur verbis: etenim ut canit Horatius de *Art. Poet.* v. 180.

Segnius irritant animos dimissa per aures, Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus, & que Ipse sibi tradit spectator.

DIDASCALIA V.

Nostrum Manna verbum Dei est.

1 Per proprie & feliciter enunciativum Origines Homil. 3. in *Numer.* Verbum Dei adinstar mannae caelo deferitur: igitur si ad quod quisque volebat, convertebatur; conditio verbi Dei, quasi panis, qui de caelo descendit, uniuscuiusque deservit voluntati. Verbum indifferens est, est tantum quod quisque vult: siquidem dum in corde seminatur, ad modum recipientis recipitur; ac sicut nobilissimum manna, alios compellit in nauseam, alios confert vitam, aliorum est alimonia, & materia nutritionis; atque etiam alijs convertitur faxo in vermes: mors est malis, vita bonis, venenum, antidotum, Circes poculum, alexipharmacum, vomica pectoris, panchrestum cordis, radix amaritudinis, & omnis delectamentum suavitatis: in ruinae denique & resurrectionem multorum iuxta complexiones suscipientium: igitur ut canit Iuvenius lib. 1. *Evang. hist.* v. 237.

Ad populi casum datur. Iste renasci Concedet populis, illi signum esse negabunt Faderis, hi contra caelo venisse tenebunt.

2 Sermo divinus in terra pectoris, *Sicut margarita inclusa coelestis:* astruit Chrysofomus Homil. 24. in *Matth.* Semini confertur a Christo, margaritis a Chrysofomolo: clarescit concurs diversitas proprietatum, si conceptionem contempler unionum.

Horat.

Origines

Predicationis stilitas vel fecunditas unde

Iuven.

Chrysof.

Ubi

Conceptio uniuersalis.

Plin.

Deut. 32. 2.

Roris, & predicationis analogia.

Fecunditas vel non fecunditas non est ex feminis.

Iuven.

Genes. 11. 30.

Arab.

*Ubi genitalis anni stimulerit hora, pendentes sese quadam oscitatione; impleri roscido conceptu tradunt, graviditas postea emittit, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus instulerit, candorem conspiciet: si vero turbidus, & fetum foetescere, eundem pallere caelo minus conceptum. Inde nubilum trahit colorem, aut pro qualitate matutina serenam. Si tempestive satientur, gramdescere & partu; si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si vero tonuerit, pavidas, ac repente compressas efflorescere, specie modo inani inflatam sine corpore: hoc esse concharum abortus &c. Hac Plin. lib. 9. cap. 36. Eadem Athenaeus lib. 3. Guelmus Rondeletius de *Pisib.* p. 3. lib. 1. cap. 52. Aristotel. lib. 4. *Hist. Anim.* cap. 1. & 4. atque *Elia.* lib. 13. cap. 36. Quasi Ros fluit eloquium ex caelo oris concionantis, ut concluditur in concha pectoris pretiositas estimabilis unionis: igitur quod in ore est roscida gutta, patet margarita in concha. Aliquando caelum tonat, quia supplicia in peccatores minatur. Interdum fulminat, quoniam penis corda & corpora gravat. Serenum fulget, dum virtutibus premia proponit. Nubilum nitet, ubi etiam cordis imperfectiones igne purgandas ostendit. Ros in pectore pallit pro tempore vespertino poenitentiae, & candicat matutina qualitate. Grandescit virtus, si faciatur tempestive: minuitur, ubi cor alijs humoribus implicatur; ac denique si tantum, recipitur aure, intumescit in speciem margaritae, sed inanem proorsus & inflatam sine corpore; quoniam momenta pretiositatis, non pro qualitate roris, sed pro qualitate roris accepti, dum concipitur in corde; etenim in illo pretiosum vel non pretiosum iuxta qualitatem recipiuntur.*

3 Patet similitudo roris & feminis apta, dum sermo Dei fecundare hominum sollicitat corda: quandoquidem sicut pretiosum vel vile non est ex rore; fecundum & sterile non est ex semine: igitur iuxta condiciones telluris eorumdem, verbum Dei assertit indifferens, parvum, multum, nullum fructum. Succinit floride qui *supr.* lib. 2. v. 745. *Ecce satis proprio commendat semina ruri, Illa cadunt diversa solo, sortemque locorum Pro virtute ferunt.*

De Sara dicitur *Sterilis erat & infecunda.* Nonne laborat infecunditate, quod est sterile? Non. Semen est verbum Dei: non est sterile, sed laborat sterilitateque fecunditate; igitur quod summe fecundum, est infecundum pro sterilitate cordium.

4 Semen mendax dicitur ab Isaa. Argumentum difficile. Non potest esse mendax, quin sit aliud. Quo ergo pacto & aliud & ipsum? Dum est quod est, non est mendax, nec est mendax, si aliter quam excogitatur, est; igitur esse proprium est esse aliter. Qua igitur lege si semen verum, degenerat dicitur, & respondens conditioni, repugnavit veritati? Semen agnoscitur verum, si iuxta genus suum refert seminanti fructum. Ex fructibus cognoscitur, & mendax merito dicitur; quoniam si semen triticum, fructus sunt folium. Ideo *Fructus mendax*, legitur ab aliquibus. Aptè quidem quasi expositio: ne igitur ex semine bono ex selecto nobili grano, ex generosa stirpe, ita degenerat a femine, ut ipsa tantum plenissime spicas, semen in fructum evanescat in herbas. De spinis minime nascuntur uvae, nec ficus producat tribuli; sed tribulus saepe producitur a sicu improbo labore calta, ac ex uva nascitur spina undecumque virulenta: etenim vel vinea electa expectata est, ut faceret uvas optimas, & fecit degeneri generatione labruscas. At hoc late de Monachis imperfectis hic *Tautol.* 6. *Didasc.* 6. a num. 7.

5 Causa inquirenda. *Plantarum, seminum & hominum mores solum emulari:* dixit ex *Cyrotom.* 1. *Tautolog.* 4. in *Exposit.* lib. num. 46. videntur quippe telluris conditione, fructus omnino a femine degeneres fieri. Vide Plinium lib. 18. cap. 10. Columell. lib. 2. cap. 9. & Alapid. in *textum praefatum Evangelic.* Vatis. Hoc patet enodatio difficultatis de mendacio & veritate feminis. Semen verbum Dei est, quo intenditur modo animarum libertas, ac post in gloria pro fructu iucundissima felicitas. Evanescit sane seminantis bonum semen, predicationis propositum; ubi cogitat ex semine feminato legere fructum: vocaturque semen noble, mendax, dum fructus fallax; quoniam bonum & purum seminat in aere, & pravum valde invenit in corde.

Verum unde feminis puri corruptio, ut tanta fiat in fructu degeneratio? A terra cordis audientis, & a pravitate cordis: igitur in pectore fardo, vel aures obturante, semen non est mendax, sed sterile; quia dum seminat non suscipitur, imò propositum conculeatur. Semen invenitur verum, si iuxta genus fert fructum, quia in sui naturam convertit tandem tandem fatum solum: & dicitur semen mendax, ubi fructus ita a femine fugax, quod terra ubi suscipitur non convertatur in naturam feminis, sed semen transeat in conditionem telluris. Haud aliter mores. Corruptum grana, de-

Isai. 37. 4.

Semen verbi Dei verum, fallax in terra coram.

Qua de causa

Depravat feminis.

Non magister, con templator legis, sed factor operis.

Apoc. 16.

Modestia in concionatore necessaria.

Exempla in concionatore illuminant errantes, & ipse lucret splendore operis.